GODEFRIDUS ADMONTENSIS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 117r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25959
Copyright: Admont, Benediktinerstift

alloqui uoluit. multo magis illo fidem & deuotionem digna
mercede remunerat. qui mussibili intime compunctionis
unguento. uulnera illu quodam unguentes assidua re
cordatione. passionem eius ac mortem ad memoriam reuocant.
Nam & beate mulieres ille quas tam magnifice consolatus est
presentia uisionis suae. paruo tempore circa sepulchrum illi uigi
lando. ipsumque querendo. erant sollicite. qui autem cunctis diebus
ac noctibus sacere bus quadragesime uigilis. iejunis. multisque
laboribus non cessabant insistere. ut aliquam nunc consolationem
in hac sollempnitate ab ipso merentur accipere. nequaquam bos de
solatos relinquet. nequaquam ab his oculos misericordie suae auertit.
quia & si pro uoto suo quod petunt uel optant non accipiunt. tam
in quantum benignus ille conditor predicet singulis nouerit diui
nitus ac queritibus set gratiam uisitationis suae non subtrahit.
Fit enim plerumque quod multis simul in tenebris sedentibus. unus ex
eis lumen expostulat. & tunc non ille solus sed omnes qui assunt.
ex hoc lumine uidentes gaudent. sic nimirum dum in mag
na multitudine una tantummodo anima fidelis uisitari & conso
lari merebitur a domino. pro uni meritum multis etiam proficiet salus
& benedictio. Unde gaudeamus & exultemus siquis ex nobis
diuina inspiratione illuminari meruerit. speranteses in mia
dei quod uni meritum omnibus nobis pie credentibus ad salutem proficiet.
nam quemadmodum dies hec per cunctis anni diebus est ce
leberrima. ita saeculum in ea a saluandis omnibus obtineri & impe
trari diuina poterit misericordia. Unde etiam ex lectione hac euangeli
ca totius perfectionis qua ad futuram resurrectionem proficiet myste
ria perfulgent rudimenta. nam & hoc tres iste deuotissime
deo femine mystice prefigurare uidentur. tam obsequio suo quam
& nomine. MARIA inquit magdalena & MARIA
iacobi & SALOME emerunt aromata. ut ueniente un